



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Monath April, biß zu Ende des Jahrs 1646.
zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen
Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs
Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt
worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103122

§. XXIII. Schwedische Postulata in puncto Satisfactionis. (N.I.)
Hessen-Casselische Prætensiones. (N.II.)

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52163](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52163)

1646.
Nov.

Er sich nicht zuwieder seyn lassen, ob commune bonum, wegen Vor-Vommern, mit den Schweden zu handeln, und wollte

Er disfalls seinen Gesandten eine Special-Vollmacht per expressum zusenden.

1646.
Nov.

§. XXIII.

Die Schweden exhibiren den Kayserlichen ihre Postulata in puncto Satisfactionis, item, die Hessen-Casselsche Præsentiones.

Sonntags, den 18ten Nov. gegen die Nacht, überlieferte der Schwedische Legations-Secretarius *Milonius*, dem Kayserlichen Principal-Gesandten, Grafen von Trautmansdorf, der Crone

Schweden Postulata in puncto Satisfactionis N. I. denen zugleich die Hessencasselschen Præsentiones N. II. beygefügt waren.

N. I.

Der Cron Schweden Postulata in puncto Satisfactionis Svecicæ, den Kayserlichen Plenipotentiariis überreicht.

N. I.
Postulata
Svecica in
puncto Satis-
factionis.

Serenissimæ Reginz Sueciæ & futuris ejus hæredibus & Successoribus, Regibus Regnoque Sueciæ, pro locorum occupatorum restitutione suâque aliquali indemnitate & tam propria quam communi amicorum suorum securitate cedant inprimis *Anterior Pomerania*, vulgo *Vor-Vommern* tota, nec non *Insulæ Rugia & Wollin* itemque *Episcopatus Camin, Dam, & quicquid præterea cis Oderam situm ad Posteriores Pomeraniam* hætenus pertinuit, cum simultanea Investitura & spe successionis etiam in hanc, casu deficientis *Lineæ Brandenburgicæ masculinæ*, atque interim loco ejus alio æquivalente; deinde *Urbs & Civitas totusque portus Wismariensis* cum fortalio *Walfisch & Præfecturis Poël & Neuen-Closter* in Ducatu *Megapolitano*; tum *Archi-Episcopatus Bremensis & Episcopatus Verdenis* cum oppido & *Præfectura Wilshausen*, horumque singula cum totius Imperii omniumque Interessatorum consensu. Has omnes & singulas Ditiones cum omnibus & singulis tam extra quam intra moderna earum territoria sitis, & pertinentibus *Urbibus, Fortalitiis, Burgis, Præfecturis, Castellis, Oppidis, Vicis, pagis, hominibus, feudis, montibus, campis, vallibus, sylvis, agris, pascuis, pratis, Insulis, fluminibus, ripis, lacubus, littoribus, portubus, stationibus, & quibuscunque aliis Ecclesiasticis & Secularibus bonis, nec non titulis, insigniis, dignitatibus, Superioritate, Jurisdictione, Jure Territoriali, Regalibus, beneficiis, collationibus, investituris, actionibus, Juribus Præsidiorum, Patronatus, Confirmationum, Ordinationum, Visitationum, Inspectionum, Provisionum (adjuncto Privilegio de non appellando, & Academia erigendæ) antiquis modernisque vectigalibus, & redditibus & quibuscunque aliis Ecclesiasticis & Secularibus Juribus & Privilegiis, quocunque nomine vocatis, Reges, Regnumque Sueciæ a Cæsarea Majestate & Romano-Germanico Imperio titulo Secularium Ducatum, jure perpetui Feudi recognoscant, eoque nomine Sessionem & tot Vota in Imperii & Circulorum Conventibus habeant, quot antecessoribus ex antiquo competere; De cætero in omnibus & per omnia de suo jure eaque potestatis plenitudine, perpetuo usuri & fruituri; qua antecessores omnesque alii Imperii Vassalli Reges, Principesque in suis feudis liberrime utuntur.*

Vicissim Reges Regnumque Sueciæ cum primis Cæsareæ Majestati & Imperio homagium, & quæ ex homagii jure debentur, sicut Antecessores cæterique Principes Imperii præstent: tum dictarum Ditionum Statibus, subditisque debita eorum Jura & Privilegia ab antecessoribus legitime acquisita confirmant conserventque, & si quæ dictis provinciis durante bello propter servitia Cæsari Ejusque Fœderatis & Adherentibus præstita, suis bonis

1646.
Nov.

bonis privati fuerant, eos prout supra de Ministris qui utrique Parti infervierant dictum est, restitui jubeant. Intuitu etiam dictarum Ditionum cum Vicinis Regibus & Rebuspublicis bonam amicitiam servent, ne Imperator & Imperium Romanum eorum causa, inviti & absque præcedenti consensu cum illis bello committantur. E contra si Regibus Regnoque Sueciæ ratione dictarum Ditionum, à quocunque ulla moveatur controversia ulumque præjudicium aut hostilitas inferatur, Imperator & Imperium teneantur eos contra quemcunque tutos securosque præstare, prout hæc omnia, specialius in ipso Investituræ Diplomate exprimuntur.

1646.
Nov.

Elector, Domusque Brandenburgensis pro totali renunciatione suæ prætensionis in supradictas Pomeraniæ partes Regno Sueciæ cessas, recipiat præter reliquam Ulteriorem Pomeraniam (salvis saltem iis, quæ Regia Majestas Sueciæ quibusdam Officialibus ibi donavit juxta Privilegiorum tenorem) N. N. Dux Megapolitanus pro Wismaria & annexis N. N. *Fridericus* Dux Holfatiæ N. N. Quod si supradictus proxime interessatorum consensus omnino denegetur, liberum sit Sux Regiæ Majestati Sueciæ quicquid dictorum locorum nunc possidet, sub Cæsareæ Majestatis & Imperii totius assecuratione & mantentione retinere. Militiæ Sueciæ satisfiat, prout cum ea omni æquiori modo conveniri poterit. Illustrissimæ Landgraviæ Hassiæ satisfiat, prout Sux Celsitudinis his adjuncta Postulara sonant.

N. II.

Præsentio Satisfactionis Serenissimæ Domus Hasso-Cassellanz.

N. II.
Præsentiones
Hasso-Cas-
sellanz.

Illustrissima Domus Hasso-Cassellana, maxime vero Domina Tutrix, Domina *Amelia Elisabetha*, Hassiæ Landgravia, ut & Ejus Celsitudinis Filius, Dominus *Wilhelmus* Sextus, & reliqui Domini Landgravii Hasso-Cassellanz Lineæ omnes, nec non illorum Officiales, Consiliarii & Ministri, tam Togati, quam Militares, Status Provinciales, Vasalli, Milites & Subditi omnes & singuli nullo excepto, in genere & in specie, recipiantur tam quoad personas quam bona, in prædictam illimitatam Amnestiam, & non obstantibus, sed abolitis & per expressum annullatis, durantibus hæc Germaniæ diversis bellis, contra illos emissis vel obtentis Decretis, Mandatis, Declarationibus, Sententiis & Executionibus; nec non Pactis, Transactionibus, Cæsareis Confirmationibus, ut & Obligationibus belli occasione extortis, in pristinum statum, in quo ante exortum bellum Bohemicum fuerunt, non solum restituantur plenarie, sed omnes etiam Principatus, Comitatus, Baroniz, Ditiones & Territoria, sive Feudalia sive Allodialia, Secularia sive Ecclesiastica fuerint, & quidem in specie Districtus sive Abbatia Hirschfeldensis cum Regalibus, Superioritate Territoriali, Privilegiis, prærogativis & pertinentiis, omniaque alia bona & jura, in quorum possessione & respectu quasi-possessione Illustrissima Domus Hasso-Cassellana ante exortum bellum Bohemicum fuit, penes prædictos Dominos Landgravios Hasso-Cassellanos, illorumque Heredes & Successores, cum prædictis Regalibus & pertinentiis in perpetuum & irrevocabiliter permaneant, nec contra illos ullo unquam tempore admittatur Actio, Pactum, Donationis, aut Concessionis alteri factæ exceptio; sed, annullatis illis omnibus & quibuscunque aliis; sive juris sive facti prætextibus, contra quoscunque inquietatores protegantur ac defendantur, simulque cum Ministris & subditis, omnibus juribus, beneficiis & privilegiis reliquis S. R. Imperii Statibus Augustanz Confessioni addictis, non solum ex Pace Publica & Religiosa, sed etiam ex hac ipsa Pacificatione, tam in Sacris quam Profanis competentibus, maxime vero nomine Religionis, ejusque liberrimi Exercitii

Dritter Theil.

Ccccc 2

ciii

1646.
Nov.

citii hæctenus in Hassia Inferiori usitati, æquali jure plenarie gaudeant, usque quaque indistincte & sine omni exceptione, turbatione, restrictione vel modificatione, in perpetuum liberrime utantur fruantur.

1646.
Nov.

2) Omnes Ditiones, Territoria, Jura, Prærogativa & bona, tam mobilia quam immobilia, inter Germaniæ motus, occasione controversiæ ob successorem Marburgensem exortæ, Illustrissimæ Domui Hassio-Cassellanæ a Dominis Landgraviis Darmstadinis ablata, non attentæ Rei Judicatæ aut Transactionis aut Cæsareæ Confirmationis aut Sanctionis Pragmaticæ, aut ulla alia exceptione, cum fructibus perceptis & percipiendis, omnique causa, plenarie rescissa omni actione & Judicati imploratione irrevocabili restituantur prædictæ Domui Hassio-Cassellanæ.

3) Pacta Confraternitatis & Unionis tam inter Domum Saxoniam & Hassiacam, quam inter has & Domum Brandenburgicam, ab antiquissimis annis culta, nec non Pacta Gentilitia Domus Hassiacæ in Domini *Philippi Senioris Hassiæ Landgraviæ* Testamento radicata, ut & Pacta Primogenituræ & quæ ante aliquot annos inter Domum Hassio-Cassellanam & Domum Hannoveriam inita sunt, confirmentur à Cæsareâ Majestate & facta tecta conferrentur.

4) Prætensiones a Comitibus Waldeccensibus, ratione damnorum bellicorum motæ, non obstantibus Processibus, Decretis, Sententiis & Mandatis Cæsareis contra Domum Hassio-Cassellanam, post exortum in Imperio Romano bellum Bohemicum in hunc usque diem, obtentis, denegata omni actione, prorsus aboleantur & sepeliantur.

5) Et ut indemnitati Domus Hassio-Cassellanæ aliqua saltem ex parte consulatur, remaneat apud prædictam Domum Hassio-Cassellanam non solum pars ultramontana Episcopatus Paderbornensis, junctis urbibus Monte-Martis, Volckmarfen, & Beverunga, jure reluendi Domui Hassiacæ alias in his competente sopito, sed etiam Comitatus Arnbergensis cum Medebach, Wintersberg & Hallerberg; Ex Abbatiâ Fuldensi Præfecturæ Rothenstuhl & Fürsteneck, junctis Communionibus Hassiacis, nec non quatuor illa oppidula Moguntina in Hassia sita, cumque Pertinentiis, Superioritate, Jurisdictione & Jure Territoriali, Regalibus & redditibus, tam Secularibus quam Ecclesiasticis, pleno jure in perpetuum in Successores Hassiacos transmissibili: Pro evacuatione autem Colonienfis & Monasterienfis Episcopatus, illorum Urbium & Fortalitiorum extraditione, remaneat Præfectura Bucholtz apud Domum Hassiacam, & exsolvantur insuper 200000. Thaleri Imperiales, cum hac tamen expressa conditione & reservatione, ut non solum omnia tormenta, sive ænea sive ferrea, arma, Commeatus, munitiones, ut vocant, & omnia quæ præterea ad apparatus bellicum pertinent, in dominio Hassiaco permaneant, sed ut etiam loca munita, destructis vallibus & fortificationibus, in pristinum restituantur statum.

6) Jura, quæ ratione directi Domini in quasdam Comitatus Schaumburgici Præfecturas prætendit, vel prætere tendere potest Episcopatus Mindensis, transeant per cessionem in Domum Hassio-Cassellanam.

7) Militibus Hassiacis eodem modo, quo Svecicis, satisfiat.

§. XXIV.

Die Kayserlichen eröffnen dagegen den

Die Kayserliche Gesandten giengen solche Schrifften unverzüglich durch, und

stellten des folgenden Tages, den Mediatoren, Copias davon zu, mit dem Ansuchen,

Mediatoren ihre Bedenken.